

ne irrita videatur donatio que propter amicos fit. Secunda est talis unus potest per alio satisfacere secundum intentionem facientis. hoc Christus meriti sue passionis applicavit per satisfactionem omnium de eterna. ergo applicatum eis per vicam omnem indulgentiam modo supradicto per omnes est satisfactor. Tercia est talis. quod est valoris infiniti debiti quodammodo potest solvere. hoc meriti passionis Christi fuit valoris infiniti. iuxta illud sapientiae. vij. infinitus est thesaurus domus hominibus qui vasa sunt facta sunt participes aicitie dei. debiti ergo quodammodo potest solvere. **Ad 1** ergo est 88. quod ordo diuine iusticie non tollitur. quod culpe correspondet pena vel sua vel alterius per ipso et in vicacione indulgentie tollit pena pro culpa. ratio pene Christi paciencie per suis inbris. **Ad ij.** est 88. quod culpe mortali delet infinita pena. ratione dei offense qui est infinitus. a ideo ex virtute eius potest relaxari omnes pena debita culpe in eum remisse. **Ad tertium** est 88. quod retardat in purgatorio per peccato non confesso sicut supradictum est. **Ad iij.** est dicendum. quod dummodo impleat causam indulgentie expressis in maiori caritate vel minori vel faciens plus pro utilitate ecclesie vel minus. et secundum formam datam quilibet pariter euolat. sed unus de premio essentiali plus consequitur de gloria quam alius.

Questio. xxxiiij. **De illis qui sunt infra terram. qui nec sunt nec fuerunt de eterna**

Uterius considerandum est de illis qui sunt infra terram. qui nec sunt nec fuerunt de eterna. **Circa** quod querunt quatuor. Primo Verum si per vicacionem indulgentie possit absolueri pueros non baptizatos. Secundo. Verum si per comunicacionem indulgentie possit absolueri pueros non circumcisos. Tercio Verum si per comunicacionem indulgentie possit limbum pueroz excoliare. Quarto. Verum si per comunicacionem indulgentie possit pueris exantibus in limbo ianuam paradisi aperire.

Ad primum sic procedit. Videt enim. quod si per comunicacionem indulgentie possit pueros non baptizatos liberare. quod impotencia maxime metur indulgentiam recipere. Sed pueri non potuerunt peccatum originale vitare. ergo indulgentia maxime eis debetur. **P**er indulgentie sunt virtute passionis Christi. Sed pueri sunt potissime capaces meriti passionis Christi. cum non contraxerunt nisi originale peccatum. ad quod tollendum Christus principaliter passus est. // Preterea qui per alium peccauerunt. iustum est ut per alium liberentur. Sed pueri per alium peccauerunt. quod per adam. iustum est ergo ut per ihesum Christum liberentur. Dicit enim apostolus ad romanos. v. quia sicut unus hominis delicto multi mortui sunt. ita unus hominis gracia donum dei in plures habundauit. **C**ontrarium est quia indulgentia non comunicatur nisi habenti gratiam. hoc pueri non habuerunt usum liberi arbitrij nec gratiam sacramentalem. quod non fuerunt baptizati. ergo eis indulgentia comunicari non potest.